Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Postquam rex regina austri in domum filie pharaonis ad cuiuium introduxit. ita etiam in cubiculo eius ut puta de tanere lassa requiescere fecit. et ne quis hanc inquietet interdicit dicens. Adiuro uos filie ierlm per capreas cerusque campos. ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa uelit. Hoc ita intelligitur de ecclia gentium. ut per de ecclia iudeorum. Ecclam quippe de gentib; per aplos ad ductam xpc rex glie in domum filie pharaonis idest in fidem primum ecclie introduxit. et in cubiculo eius scilicet in contemplatiua uita a tumultu scli requiescere docuit. et ne quis hanc luceri causa ad sclarem negocium ab hac quiete inquietet. per ppphica et aplica scripta. phibet. Ecce bonus pastor erroneum gregem ad ouile suum adduxit. et sub uno pastore unum ouile fecit. Ido autem uersiculus. adiuro uos filie ierlm in cantico amoris repetit. ut non minorem se dns ecclie de gentib; quam de iudeis collecte curam habere. sed equalem utriusque pace sollicitudinem gerere designet. Non enim min hec regina austri capitur amore sponsi. quam prima amica de iudeis. Ecclia dormit. cum quiete contemplationi uacat. Ecce euigilat. cum aliis uerbo et ope uitam eternam predicat. ut lux eius luceat coram hominib; ut uidentes opa eius glorificent patrem in celis. Anima fidelis dormit. cum se a carnalib; desideriis alienat.